

ANNALIS
MINORVM
IN QVIBVS RES
OMNES TRIVM ORD.

A SANCTO FRANCISCO
INSTITVTORVM, PONDEROSVS

& ex fide asserunt, & præclara quæque
monumenta ab obliuione vendicantur.


TOMVS QVINTVS.

AUTHORE R. ADM. P. FR. LVCA VVADINGO

*Hiberno S. Theol. Lectore emerito, Ordinis Patre, Inquisitionis Rom.
Censore, & Collegij S. Isidori in urbe Guadaluano.*

Nunc primum prodit in lucem.

Cum Indice Rerum ac Verborum locupletissimo.



LVGDVNI,

Sumptibus CLAVDII DV-FOVR.

M. DC. XLII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

ANNO CHRISTI 1422. SIGISMUNDI IMPER. OCCID. AN. 12.
MARTINI V. AN. 9. RELIGIONIS MINOR. AN. 215.

*Con. Calata-
girona.
Gonz. in
prou. Sicil.
cob. 7.*

Calatagione in Sicilia vrbe, circa hunc annum extructum ex publico ære, Minorum domicilium sub titulo *S. Mariæ de Iesù*, aſſerit Gonzaga, sed post annum 1426. extructum, sub illud tempus indicabo, maximè, si, vti ille ait, ædificatum sit, deprecante B. Matthæo Agrigentino. Vixerunt hic semper viri religiosissimi, inter quos excelluerunt pietate Antonius Sacerdos, & Iacobus laicus; hac ipsa vrbe oriunds, totque miracula patravit, vt Syracusanus Episcopus ea in publicas tabulas redegerit, in archiuo Cathedralis ecclesie repositis, & ipsorum corpora adhuc integra religio sepulcro donauit.

*Con. Bergom.
Iesù in prou.
Brixien.
cob. 2.*

Aliud etiam Bergomi apud Transpadanos, sub nomine *S. Mariæ de Gratiis* inchoatum, intra vrbis mœnia, Petro ab Alfano situm concedente B. Bernardino Senensi, quod donationis probat instrumentum die 27. Iunij huius anni conscriptum. Pertinebat hæc domus ad prouinciã Mediolanensem, Sixti IV. Pontificis autoritate anno 1471. fuit Brixientis vnita. Iacet hic B. Daniel à Nimbro, miraculis illustris. A posteriori parte templi habetur in magna veneratione imago Christi Domini, crucem ferentis, miraculis, quæ B. Carolus Borromæus examinavit, necnon frequenti populi concursu, celebratissima. Prope templum S. Bernardinus quercum plantavit, quæ postea proceritate, & crassitudine quercuum vicit naturam, & vno, atque altero sæculo duravit. Non longè ab eo loco virum sanctum cecidisse ferunt, & pro numero digitorum manus dextræ, quæ nitebatur resurgere, quinque fonticulos ibidem emanasse. Ibidem etiam ampliavit Cœnobium S. Francisci, prius S. Ioanni Baptistæ dicatum, donante suprascripto Petro Alfano domunculam, & agellum.

Con. Cusid.

In Transluauia nobiles viri Ioannes Ladislaus, & Fratres, in quadam ipsorum villa

Cusid nuncupata, in finibus schismaticorum, & hæreticorum, domum ædificarunt Minorum, inhabitandam per Fratres Vicarij Bosnæ, qui infidelibus, & schismaticis conuertendis fideliter intenderent. *Pis fidelium vobis. IV. Iulius Octobris*. Hoc anno, non antea, vt alias aduertimus, data facultas Thomæ à S. Severino viro principi, Conuentum Fratrum Minorum ædificandi in sua villa Padulæ, diœcesis Caputaquen. per industriam Fr. Iuliani de Lauro, regularis Observantiæ. *Sincere deuotionis affectus. II. Calend. Augusti*. Ex quodam Diplomate Põtificis ad Abbatem Monasterij Oberuborgh, Aquilegien. diœcesis, comperio fuisse in oppido Celeyen eisdem diœcesis, Cœnobium Minoritarum, incerto tamen tempore, constructum ecclesiam domus Goueanæ, Conimbricenediœcesis, sub hoc tempus constructam comperio ex Diplomate Indulgentiarum, eandem visitantibus hoc anno concessarum.

*x An. 1380.
n. 30.
Con. Padula.*

Con. Celeyen.

*Mon. Civita-
tas Cassellæ-
næ.
Gonz. in
prou. Franc.
mon. 6.*

XX.

In ciuitate Castellana pia quædam scemina Margarita, Cassandra filia, & alia diuæ deuotæ mulieres hoc anno ædificarunt Monasterium S. Cæcilie Tertij Ordinis post aliquot annos reparavit Soror Cæcilia Fucci, ampliavitque. Hinc prodire primæ institutrices Monasterij Montis Citonij vrbis Romanæ. Concessa hoc anno facultas Aimæ deo Sabaudie Duci, vt in aliquo loco intra terras sui dominij, Monasterium Clarissimum ædificaret. An verò, vel vbi, fecerit, non constat. *Imunctum nobis. XI. Cal. Nouembrii*. Monasterium Clarissarum vrbis Zamoren. & de Rapariegos Abulen. diœcesis, de quibus aliàs 7 locuti sumus, adè deformata erant, vt ipse Sorores petierint reformari per Fr. Franciscum de Soria virum religiosissimum, & à longo tempore Visitatorem Monasterij de Oterdesillas, in quo *speculum vite Monastice, & regularis discipline ad Dei gloriam non modicum relucere*, ipse Pontifex testatur. Monasterium S. Mariæ Magdalene ciuitatis Antiuæ, Soranæ diœcesis, propter malam administrationem, & bellorum incommoda ad summam peruenit paupertatem, & vltimum exterminium, ita vt decedente hoc anno Mastia Abbatissa, & vnica superstitis Moniali, Monasterium cum suis redditibus datum sit in administrationem, & commendam Fr. Paulo de Auezano. Clarissas Ticinenses, siue Papienses, de quarum Monasterio aliàs locuti sumus, liberat hoc anno Pontifex à præstatione decimarum illorum bonorum, quæ Blancha Ducissa Mediolanensis fundatrix illis assignauerat. *Fructus præcipue honestatis. XII. Calend. Iunij*.

*y An. 1219.
n. 31. &
An. 1270.
n. 41.*

Mon. Antiuæ.

n. 44.

Monasterij S. Mariæ de Cana extra muros Nicoliten. in regno Cypri, causas & lites circa quosdam redditus, commisit hoc anno Pontifex Episcopo Nicolitensi decidendas.

Fratribus Tertij Ordinis Conuentus S. Catharinæ Montis-fari Compositellanæ XXXI. diœcesis